



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Aytonensis n. 11

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*A quo velut  
Sole, ipsa vt  
Luna lucē  
mutuatur.*

*Et inter  
vitiōrum  
caligines  
lucidior  
splendet.*

*Continuo  
crescens,  
nunquam  
defectus  
patitur.*

*Eius filij in  
hac vita vt  
sydera in  
die latent,  
& in mor-  
tis nocte  
micant.*

*Quanti il-  
los fecerit  
Aytonensis  
Marchio.*

*Quanti  
Missionem  
Castrensem  
Spinola.*

*concludit.* Ex hoc autem coruscante & Clarissimo (Ignatij) sole, argentea huius amplissimæ Societatis, non secus ac Luna pulcherrimam illam, & cælestem mutuata est lucem, qua in ignorantia, & flagitiorum tenebrosa noctis caligine semper mortalibus præfuit lucidissima, eo tempore maximè micans, quo magis cetera vitiōrum execrabili dissolutione videbatur obtenebrata. Quæ luna licet fulgentissima, & plenissima semper luce perfulserit, lunæ tamen caruit volubilitate naturæ, neque vnquam temporum est passa defectus, progressus tamen in dies, & incrementa est imitata feliciter. Multū laxatis penitus affectui meo habenis in huius Clarissimæ Societatis laudes haud inuitus digrederer: sed ab incepto me reuocat opere eorum modestia, qui malunt laudabiliter facere, quam laudari. Et hoc proprium Societatis IESV, ac peculiare, vt diuinam gloriam laudari, Maiestatem toto terrarum Orbe perquirant, inuentam palam in luce collocent, suam tamen tantum abest expetere, quin potius passim illam in tenebris consepeliant. Sinamus igitur illos tanquam Sydera in die, hoc est in vitâ latere: sua enim sponte in mortis nocte (illis tamen meridies) fulgebunt satis. *Hæc ille in summam Sociorum, & Societatis laudem.*

11. AB AYTONENSI Marchione pientissimo æquè ac fortissimo Principe, quem capto Schenckiano in nosocomium ingredi parantem, ob loci angustias, & graueolentiam dissuadebat ingressum Sacerdos noster; cui ille, Nihilo (inquit) meliorem me duco Societatis Patre: Tu quo intrare non times, cur ego timeam? Sic ille apud Imag. 1. sæc. Soc. lib. 6. fol. 889. Ubi additur de Eodem nobilissimo, ac strenuissimo Principe, quod sub belli tempora non prius de milite, quam de secuturis militem Patribus cogitabat, prosperum sibi Martem promittens, si à diuinorum cura auspicaretur.

12. AB AMBROSIO SPINOLA Marchione celeberrimo, supremoque militiae Belgicæ Imperatore, qui quotidianus, idemque grauissimus actionum nostrarum testis erat, ad Hispaniarum Regem scripsit pro seruanda nostra Missionem Castrensem, suamque hac de re sententiam